

Alexandrie tociusque¹ terre Egipti, fortunatus Ioseph, protector quoque emirlemolin², id est pape religiosorum virorum, imperatori magnifico, altissimo, nobilissimo F., intimo domino et amantissimo amico pre omnibus tocius mundi karissimo, iuxta cordis sui desiderium pre omnibus³ regibus ac principibus rerum suarum felicissimum⁴ a Deo eventum generis ac⁵ nobilitatis sue universorumque⁶ possidendorum ac possessorum⁷ perpetuum gaudium et longevam vitam cum gloria et honore in nomine Domini amen. Gracias Omnipotenti refero, qui ad agnitionem magnificencie eius et laudem nominis sui cor nostrum gratificavit⁸ et super omnibus beneficiis, que gracia eius nobis⁹ conferre¹⁰ dignata est, ad glorificandum eum linguam nostram edocuit. Litteras maiestatis vestre, quas per virum nobilem¹¹, sapientem et¹² discretum Albricum¹³ videlicet militem ac legatum vestrum Ianuensem, nobis transmisistis, cum summa honorificencia presentibus baronibus¹⁴ et terre nostre magnatibus¹⁵ desideranter recepimus. Quibus summo-pere intellectis die noctuque familiariter et secrete super¹⁶ ea, que in his continebantur, et que ipse legatus nobis ex parte vestra intimavit, consilium nostrum indesinenter habuimus et, licet regnorum nostrorum distancia corpora¹⁷ nostra semoveat, tamen cor nostrum vestre serenissime dileccioni statim conligatum¹⁸ fuit. Mandatum¹⁹, quod nobis demandastis²⁰ ad augmentum honoris²¹ nostri, pro recepto habuimus²², quia per hoc credimus²³ super omnes reges excellentiores esse tam christianos quam sarracenos. Unde tam²⁴ astricti vobis et imperio tenemur, ut nunquam a voluntate vestra²⁵ et ab²⁶ obsequio vestro separari velimus. Cuius²⁷ rei gracia legatum vestrum, quantum potuimus, honoravimus, qui utique legacionem²⁸ sibi commissam prudenter et sagaciter explevit. Litteris²⁹ quoque vestris magnum circa nos dileccionis vestre affectum et in omnibus modis³⁰ et super omnia magnam prudenciam vestram³¹ diligenter consideravimus. Unde excellencie vestre graciaram acciones cum mīa³² referimus, quod tales³³ litteras

1) B. 'tocius terre'. 2) V. lässt aus: 'emirlemolin — imperatori'; der erklärende Zusatz zu 'emirlemolin' ist wohl auch vom Uebersetzer gemacht. 3) B. 'imperatoribus, regibus'. 4) B. 'ac beatum'. 5) B. 'et'. 6) B. 'universorum quoque'. 7) B. 'possess. et possid.'. 8) B. 'clarificavit'. 9) V. omitt. 10) V. 'referre'. 11) V. 'ac'. 12) B. 'ac'. 13) B. 'Albricum militem et'. 14) B. 'nostris'. 15) V. 'magistratibus'. 16) B. 'super que'. 17) B. 'corda — semoveret'. 18) B. 'colligatum'. 19) B. 'autem'. 20) B. 'mandastis'. 21) B. 'regni'; was dies 'augmentum' sein soll, ist nicht deutlich. 22) B. 'habemus'. 23) B. 'excellentiores esse super omnes' etc. 24) B. omitt. 25) B. omitt. 26) B. omitt. 27) B. 'Huius'. 28) B. 'leogacionem'. 29) B. 'In litteris'. 30) B. 'modum'. 31) B. 'prudenciam vestram magnan'. 32) B. 'misericordia', was gar nicht passt; es würde sich: 'amicicia, reverencia' empfehlen. 33) V. 'talīs et talem legatum nobis'.